

17  
1. J  
2. J  
3. J  
4.  
5.  
6.  
7.  
4



1724.

1. Bestineller, Geth. Christianus : De lite heredis cum possessore singulari.
2. Bestineller, Geth. Christianus : De negotiis, quae a muliere sine curatore in Saxonia capendi possunt.
3. Bestineller, Geth. Christianus : De eo, quod iustum est in privilegiorum collisione
4. Bestineller, Geth. Christianus : De proce iudicio per. c. p. ca abusu iura feudalis Longobardici
5. Bestineller, Geth. Christianus : De pacto successorio cum praecedentis persona intereunte
6. Berger, Christoph Henricus, de : Ordinis Jurisconsultorum Decanus : Ad Dissertationem . . . candidati Fr. Augusti Backeri . . . invitatus.
7. Berger, Christoph Henricus, de : Ordinis juris Consultorum Decanus : Ad Dissertationem in iuribus

- Dr. Christiani Stahlkopffii . . . . . 12
8. Chladenius, Iohannes Georgius: De jure exequendi  
in feudis praesertim imperii speciatimque Saxoniae 13
9. Chladenius, Iohannes Georgius: De jure iuramentis  
speciatimque de eorum praestari solitis. 14
10. Cordes, Francus Georgius: De suspectis mathematicis  
speciatim astronomicali originibus. 15
11. Crollius, Christoph. Ludov.: De sigillaribus & Titulis  
sacris. 16
12. Diederich, Elias Gottlieb: De iteratis imperatorum  
horum coronationibus Germanicis 17
13. Haniccius, Christianus: Manipulus Iohannis  
L VII. ex institutionum Iohannis praesentis  
ac titulo de justitia et jure erubarum 18



13<sup>a</sup> Haenacius, Christianus: Manifestus II Therium LX.  
ex institutionum Justiniani titulo de jure naturali  
gentium et ciuitataram

13<sup>b</sup> Haenacius, Christianus: Manifestus III Therium  
LX. ex institutionum Justiniani titulo III. IV. V.  
VI. VII. VIII. LX eratarum

14. Haerius, Joh. Mathias: De pulchritudine archiepiscop.  
trouica.

15. Haerius, Franc. Gouffr.: De sigillis hominibus  
Satis

16. Kemmerichius, Vides. Hermannus: De prerogatiua  
jurisdictionis

17. Kieselius, Godefr. Rissoldus: De actiua huc  
mixtis et non mixtis

18<sup>a</sup>. 6<sup>et</sup>.

Kraunius, Johannes Godefridus: De co, quod  
instum est circa salaria ne honoraria ad  
castrum.

19. Krauris, Fr. Gottp.: De jure degradationis canonicae ejusque usu in locis protestantibus

[19<sup>a</sup> Berger Christoph Henr. He: Oratio iure Consulto  
2ma . . . Decanus: ad orationem inaugura-  
talem . . . Dr. Christiani Stellkopffii . . . iuri-  
stae] In den Doubletten, da mich nr. 7 identisch.

20. Ancker, Gottp. Ludw.: De petitorio possessorio  
novum finitio in Sarmia Electorali nunti-  
quam institutio

21<sup>a</sup> Schamburgii, Joannes Gottp.: De traditione  
symbolica 2 Bände

22. Salmer, Fr. Ver. Phil.: De seroio logicae ac  
matheseos nexu et applicatione praecep-  
torum logicorum in disciplina mathematica.

23. Schröder, Ernest Christ: Doctrina iurium uni-  
versalium speciatione consideratarum.

24. Schreterus, Anst. Christoph: De eternitate  
essentiarum.



136  
15

MANIPVLVS TERTIVS

THESIVM LX

EX

INSTITVTIONVM IVSTINIANI

TITVLO

III·IV·V·VI·VII·IIIX

ET IX

ERVTVRVM

ATQVE IN

REGIO - ELECTORALI ACADEMIA  
VITEMBERGENSI

PRAESIDE

CHRISTIANO HANACCIO

I·V·D· ET P·P· EXTRAORD

DISPVATIONIBVS X

IN

PVBLCVM LEGVM CVLTVRVM VSVM

EXERCITII CAUSA

A·F·S· 1615 cc XXVII

CERTIS STATISQVE DIEBVS

HORA X· ET XI· ANTEMERID

PROPOSITARVM

---

VITEMBERGAE, LITERIS GAEBERTIANIS.





## DISPYTATIO XX

RESPONDENTE

DN. FRIDERICO GOTTHELFFIO GLASEWALDO

Groeda - Misnico

Die XIX Martii habita

Thef. 1. **N**on liberi solum homines, uerum serui etiam, personam E. Tit. de Iure Personarum habent, adeoque in hos aequae, ac illos, ius cadit personarum.

2. Diuisio hominum, in liberos et seruos, non uidetur sufficiens, propterea, quod datur tertia hominum species, qui neque liberi, neque serui, esse uidentur, statu liberi uidelicet atque ascriptitii.
3. Definitio libertatis Iustinianea minus recte se habet, quia non potest opponi seruituti, quin potius uel ipsis seruis atque seris bestiis congruere, uel libertati filiorum familias aduersari, uidetur.
4. Dantur serui, natura tales, atque ex ipsa hac naturali seruitute suere uidetur, quod potentior imperet imbecillioribus, quodue, qui praestat sapientia, uirtute, animique magnitudine, alius dignitate quoque et honore praestet.
5. Seruitutes iuri naturali non sunt contrariae.
6. Iure Romano dantur serui sine Dominis.

## DISPYTATIO XXII

RESPONDENTE

DN. CAROLO FRIDERICO WEINLANDIO

Hleburgo - Misnico

Die XXII Martii habita

Thef. 1. **S**erui non a seruando, sed seruiendo, dicuntur, neque hic Iustinianus auctoritate dissentit legislatoria, Tribonianus uero, non sine ambitionis nota, Romanis uictoricibus armis iusto plus tribuere uidetur.

2. Pontifex Romanus solenni, quo utitur, titulo serui seruorum, dominum dominorum reuera regit ac simular.
3. Contra analogiam iuris Romani non est uenditio libertatis, sique, accepto quodam pretio, libertas seruitute commutetur.
4. Non omnes modos, quibus, iure ciuili, constituuntur serui, Iustinianus, s. 4. adduxit.

) 2

5. Ser-



5. *Seruitutes, salua religione Christiana, locum habere possunt, inter Christianos.*
6. *Iura atque conditionem seruorum Germanorum hominumque, quos Germania fert, propriorum, seruitutes Romanae neque demonstrant, neque probant, neque illustrant.*

DISPUTATIO XXIII

RESPONDENTE

DN. IOANNE GOTTLIEBIO GEORGI

Lucc. Lusat

Die XXVI Martii habita

E. Tit. de  
Ingenuis

- I**ngenui, vere tales, non sunt, sed nascuntur.
2. *Filius, ex matre libera, patre uero seruo, uel ignoto, adeoque ex contubernio, uel illegitimo matrimonio, natus, ipsa sua natiuitate ius consequitur ciuitatis.*
  3. *Natus ex libertina, matris licet sequatur conditionem, non tamen libertinus fit, sed ingenuus.*
  4. *Potest etiam ex ancilla, quae neque conceptionis, neque natiuitatis, neque intermedia tempore, libera fuit, ingenuus aliquando nasci.*
  5. *Sicuti differt, esse liberum et in libertate, ita quoque, seruum aliquem esse, atque in seruitute, non unum est idemque.*
  6. *Differentiam, inter libertos et ingenuos, non Antoninus, sed Iustinianus, Nou. 78. c. 1. sustulit.*

DISPUTATIO XXIV

RESPONDENTE

DN. FRIDERICO GLASEWALDO

Dresden

Die XXIX Martii habita

E. Tit. de  
libertinis

- D**ominus in seruum, quem manumittit, neque suam, neque alienam, confert libertatem.
2. *Libertini differunt a libertis, quia quidem quilibet libertus recte dicitur libertinus, non uero quilibet liberrinus est libertus.*
  3. *Manumissionis definitio Iustiniana non ad rem, sed ad nomen, tantum pertinet.*
  4. *Non*

4. Non omnes manumissi ac de manu dati, libertini sunt, neque omnes libertini manumissi sunt.
5. Manumisso, in sacro-sanctis Ecclesiis, quam Constantinus M. in locum illius, quae antea, more gentili, per censum lustralem, fiebat, substituit, postea, stabilizo Papazu, in meritorii operis opinionem abiisse, adeoque minus toleranda esse, uideatur.
6. Per Christiani nominis confessionem ipsumque baprisma, mancipia Christianorum gentilia, aut Iudaica, a dominica baud liberantur potestate.

DISPUTATIO XXV

RESPONDENTE

DN. IOANNE FRIDERICO KOCHIO

Zite: Lusat

Die V. Aprilis habita

- Thef. I. **M**Os ille, quo, insitro colapbo, bodie alicui potestas gestandi gladium datur, Germanus est, neque originem habet a ueteri Romanorum, per uindictam, manumittendi ritu.
2. Frequens quidem bodie est, homines proprios, per epistolam, (Lass Brief, Erlas Brief, unde etiam Passport) manumittendi modus, hic tamen neuriquam e iure Romano petendus et cognoscendus est.
  3. Pinguiora sunt illius serui iura, qui testamento directe manumissus est, quam illius, qui per fideicommissum.
  4. Manumisso, quae legis est actio, non uero actus legitimus, ad uoluntariam quidem refertur iurisdictionem, non tamen potest expediri a iudice quodam, extra terminos lapidesue suae iurisdictionis.
  5. Quod Iustinianus libertinorum diuisionem sustulit, tamque promiscue atque largiter iure ciuitatis donauerit, illud certo est documentum non tam florentis, quam labentis, Reipublicae Romanae.
  6. Latinos et dedititios minus recte et satis inepte Saxonici iuris provincialis interpres, lib. III. art. 44. comparat cum Lossis und den Tagewercken, hosque illorum nomine comprehendit.



DISPUTATIO XXVI  
RESPONDENTE  
DN. GOTTLIBIO EHRENREICHIO KLVGIO

Schmiedeberga - Silef

Die IX Aprilis habita

E. Tit.  
qui et ex  
quibus  
causis  
manu-  
mit.

- Thef. 1. **Q**ui, per manumissionem seruorum, se non amplius soluendo esse futurum, scit, manumittendi destituitur facultate.
2. Manumisso, in fraudem creditorum facta, ipso est iure nulla, adeoque differt ab aliarum rerum alienatione, creditoribus fraudulenta ac damnosa.
  3. Ille, qui soluendo non est, seruum, generatim, cum reliquo patrimonio suo, oppignoratum, nisi heredem simul instituat, manumittere non potest.
  4. Iniuste non agit dominus obaeratus, qui, in fraudem creditorum, seruum, in testamento heredem scribens, manumittit.
  5. Seruus, heres institutus, libertatem consequitur, licet eidem unus, uel plures alii, qui non sunt serui, heredes in hunc modum adiciantur, Si mihi Stichus (Seruus meus) heres erit, tum Titius quoque et Caius ac Sempronius heredes sunt.
  6. Memoria debitoris, cuius hereditariae res, suo nomine, post mortem, publice uenduntur, non iuris, siue ciuili, sed facti, siue naturali, oneratur infamia.

DISPUTATIO XXVII  
RESPONDENTE  
DN. IOANNE GOTTLIEBIO GVISIO

Aggripont - Thuringo

Die XXX Aprilis habita

- Thef. 1. **I**us omnino nouum est, et quidem ipsius Iustiniani, quo seruus, nisi, sine libertate, heres institutus sit, illam tamen obri-  
net, neque pugna est, inter §. 2. Inst. h. t. atque principium tit.  
de heredibus instituendis.
2. Ipsa haec iuris dispositio bona nititur causa et ratione, in ipso textu adducta, cui sane nihil solidi opponi potest a dissentientibus.
  3. Ut manumissio, in fraudem creditorum, facta dici possit, et defraudandi consilium requiritur, et ipsius fraudis euentus, adco-  
que lex 10. D. qui et a quibus manumissi liberi non fiunt.  
§. 3. Inst. h. Tit. mutata est, et in somnis laborant, qui urrum-  
que textum conciliare annuntur.
4. Lex

4. *Lex Aelia Sentia locum non habet, in fideicommissariis libertaribus, utpote in quibus solus consideratur euentus, etiam sine consilio fraudandi.*
5. *Tribonianus hic, §. 7. legem Aeliam Sentiam perperam perstringit, neque melioris suae sententiae idoneum affert fundamentum.*
6. *Alterum legis Aeliae Sentiae caput, quo minori uiginti annis domino, sine iusta causa, manumittere, inter uiuos, non licebat, neque §. VII. Inst. h. T. neque Nouella 119. c. 2. abrogatum est.*

DISPUTATIO XXVIII

RESPONDENTE

DN. IOANNE CHRISTIANO KLINGENSTEINIO

Vitemberg. Sax

Die VI Maii habita

Thef. 1. **T**ertius VII. Inst. lib. I. *rectius inscribitur, de lege Fusia Caninia sublata, propterea, quod lex illa iam ante institutiones sublata erat.* E. Tit. de leg. Fuf. Can. tollenda.

2. *Legis Fusiae Caninae ratio melior est atque fortior, illa, ob quam eam tollendam censuit Tribonianus, utpote qui ne iuris quidem antiqui ueram rationem sciuisse uideretur.*

3. *Diuisio personarum alieni iuris, quae in potestate aut parentum, aut dominorum existunt, imperfecta ideo haud est, quod potestatis, quam in uxorem habet maritus, nulla sit mentio adiecta.* E. Tit. de his, qui sui, uel alieni iuris sunt.

4. *De cetero id tamen non potest negari, quod, cum et parentum et dominorum potestatis dissimilis omnino sit ratio, genus illud speciebus suis aequaliter haud comperat.*

5. *Quin etiam, postquam allata iam supra est, tit. III. princ. diuisio personarum, in liberos et seruos, rectius fecisset Tribonianus, si et seruorum ius iterum commemorare superfedisset, et homines modo liberos, in filios et parres familias, distribuisset.*

6. *Apud omnes peraeque gentes, dominis, in seruos, uitae necisque potestatem fuisse, probari non potest.*

DISPUTATIO XXIX

RESPONDENTE

DN. HENRICO BROKES Lubecensi

Die X Maii habita

Thef. 1. **Q**uod non liceat domino seruum occidere, nisi, causa a Iudice cognita,

- cognita, illud, non obstante lege Petronia, aut Hadriani sanctione, soti diui Antonini constitutioni recte tribuitur.
2. Magnus fuit Reipubl. Romanae, siue formam illius popularem, siue Aristocraticam, spectes, naeuus, quod dominis, in seruis, ius uitae ac necis competierit.
  3. Vbi seruus dignum morte crimen admisit, atque ideo non a domino, sed iudice legitimo, puniendus est, sollemnis non requiritur domini accusatio, sed simplex querela, ad magistratum delata, sufficit, l. 5. D. de Accusat. hic non obstat.
  4. Constantinum M. in lege unica C. de emendatione seruorum, per dierum distinctionem, siue interpretationem depulsam, Ius Mosaicum, Exod. XXI. 20. seq. mutare uoluisse, contra Iacobum Gothofredum, ad l. 2. C. Theod. de emend. seru. sustinere licet.
  5. Constitutio diui Antonini, qua dominorum asperitati occurritur, his non minus, atque ipsis seruis, consulti.
  6. Parum abest, quin naeuus iurisprudentiae Germanicae dicatur, quod tam parum potestatis, seruis mercenarios aut uerberibus coercendi, aut uerbis durioribus increpandi, relictum esse dominis, existimetur.

DISPUTATIO XXX  
 RESPONDENTE  
 DN. IOANNE SIGISMUNDO SCHWARTZ  
 Longo-Salissa-Thur  
 Die XIV. Maji habita

E. Tit. de  
 Patria  
 Potestate

1. **A** matrimonio non solum differunt nuptiae, uerum haec quoque non sunt modus constituendi patriam potestatem.
2. Quare Iustinianus, cum de nuptiis hic tradendi occasionem, a modo constituendi patriam potestatem, desumpserit, aliquam haud effugit censuram.
3. In matrimonii definitione Iustiniana, per indiuiduam uitae consuetudinem, ipsius matrimonii indissolubile uinculum intelligi, diuortiorum, penes Romanos, frequentia prohibet.
4. Eandem potestatem, quae olim dominis in seruis competit, parentes in liberos suos non habebant.
5. Quodsi Tribonianus, per talem in liberos potestatem, qualem Romanos, nullos uero alios homines, habere, scribit, ius uitae ac necis intelligat, ipsemet sane et impostor est, et falso loquitur.
6. Potestas, in qua nepotes, ex filio natos, habet auius, patria quidem dicitur, non auita, ab illa tamen, quae patri competit, maximopere differt.





Wittenberg, Diss., 1727 A-So

ULB Halle 3  
003 612 600




Sb.

10/8







B.I.G.

Farbkarte #13

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

LVS TERTIVS  
VVM LX  
EX

VVM IVSTINIANI  
TVLO

VI·VII·IIIX  
IX

TARVM  
QVE IN  
ORALI ACADEMIA  
BERGENSI

ESIDE  
O HANACCIO  
P·EXTRAORD  
TIONIBVS X

IN  
A CVLTVRVM VSVM  
TII CAUSA  
Is Is cc XXVII  
SISQVE DIEBVS  
XI· ANTEMERID  
SITARVM

ERIS GAEBERTIANIS.

136  
15

